

LUCRÈCE *De Natura rerum*, Livre I, vers 311-328

Preuve de l'existence des atomes

Comment, selon Lucrèce, la Nature présente-t-elle des preuves de l'existence des atomes ?

Quin etiam multis solis redeuntibus annis,
anulus in digito subter tenuatur habendo,
stilicidi casus lapidem cavat, uncus aratri
ferreus occulte decrescit vomer in arvis,
strataque jam vulgi pedibus detrita viarum
saxea conspicimus ; tum portas propter aena
signa manus dextras ostendunt adtenuari
saepe salutantum tactu praeterque meantum.
Haec igitur minui, cum sint detrita, videmus,
sed quae corpora decedant in tempore quoque,
invida praecluserit speciem natura videndi.
Postremo quaecumque dies natura rebus
paulatim tribuit, moderatim crescere cogens,
nulla potest oculorum acies contenta tueri,
nec porro quaecumque aevo macieque senescunt ;
nec, mare quae inpendent vesco sale saxa peresa
quid quoque amittant in tempore, cernere possis.
Corporibus caecis igitur natura gerit res.